



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

6. Julii. Magnum, rarum tamen artificium est: agere multa, agere cum multis, & tamen nec à sw, nec à Deo unquam recedere. S. Ignat. apud Quart. in Gl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

eam sectatur, à qua si recedat, meritò contemptum recipit pro mercede.

Quos una vocatio, par institutum, idem scopus arctiùs conjunxit, nisi eosdem sincera jungat charitas, non ordo est, sed confusio. Ibi virtutis non studium, sed exterminium.

Solis radii, nisi unum colligantur in centrum, non accendunt, divisi fiunt inefficaces. Et quid ibi spiritualis emolumenti expectandum? ubi, quod unus ædificat, alter destruit.

Quos eminentiori in gradu locavit vocatio, iisdem melioris exempli necessitatem imposuit. Malè suadebunt virtutem, qui ejus parùm sunt tenaces, meliora factis prædicando magis vilescunt.

### 6. Julii.

*Magnum, rarum tamen artificium est: agere multa, agere cum multis, & tamen nec à se, nec à Deo unquam recedere. S. Ignat. apud Quart. in Gl.*

**N**egotiorum multitudo multùm officit pietati: exhaurit fervorem, exsiccat devotionis gustum, speciebus implet sensus, & caput distractionibus occupat.

pat. Si plura, quàm debes, velis, certè plura, quàm possis, noli.

Tu, ut alia omnia, uniformiter diffomiter age; plùs, & priùs in proprio, quàm extraneo subjecto producit ignis, tuo documento, ut te priùs, quàm alios perficias.

Quid prodest calefacere alios, te frigentes?

Malè alios quæris, te perdendo, te primùm in salutis, & perfectionis tuæ securitate immobilem fige, tum ad alias curas tuas extendere poteris.

Acus nautica ità tenaci affectu polo affigitur, ut quacunque navim ventus impellat, ab eo non deflectat. Si cor inter negotia sic Deo sit affixum, felices sumus operarii.

## 7. Julii.

*Virtus, & vita Sanctitas non tantùm apud Deum, sed & apud homines vel omnia possunt, vel multum, S. Ignat. ibid.*

**U**T Panthera feras odore, ferrum sympathiâ magnes; sic pietas exemplo affectus trahit; nec elogio, nec commendatione res eger, ubi virtus invitat, prona in sequelam rapiuntur corda.

Nunquam spectatur virtus, nisi cum fru